Textus sequentiarum, cum optimo commento
[Cologne: Heinrich Quentell, 1499] Seite 191



thuronici responderunt. Scitote ꝙ vobis suscitauit duos mortuos. nobis vnum. ⁊ plures virtutes fecit vobiscum ꝙ̄ nobiscum. Ergo necesse est vt quod nobis non impleuit viuens impleat defunctus His igit̄ litigantibus mox clauditur corpus. ⁊ in medio positum ab vtroq̄ populo custoditur Deniq̄ media nocte deo volente om̄es Pānonici dormierūt Quod videntes Thuronici comprehensum sanctissimum corpus. alij ꝑ fenestram eijciunt. alij foris suscipiunt positum in naui cum omni populo per fluuium discedunt. ingressiq̄ littoris alueum ad vrbem thuronicaꝫ magnis psallentium laudibus iter dirigunt.

¶ Pro declaratōne terminoꝝ nota. Respuit est verbū transitiuū tercie ꝯiugatōnis. cōpositum a re ⁊ spuo. ⁊ ſcat spernere. Sed absum est verbū neutrale cōpositum a prepositōne ab ⁊ a verbo sum

G Aude syon ꝙ egressus a te decor ⁊ depressus tui fulgor speculi Rediuiua luce redit o et alpha quod accedit iam in fine seculi.

¶ Istud est aliud canticum ob laudem ⁊ honorem sancte Elizabeth compilatum Quod diuiditur in quattuor partes principales. In quarum p̄ma autor hortatur sanctam ecclesiam ad congaudendum in hoc festo In secunda comparat beatam Elizabet ad alios sanctos penes excellenciam In tercia cōmendat beatam Elizabeth de virtute miraculorum In quarta dirigit petitōnem ad sanctam Elizabet. Secunda ibi. Poma prima. tercia ibi. O ꝙ̄ dignis. quarta ibi. Eya mater. dicens. O (syon) id est anima fidelis vel sancta ecclesia (gaude) scꝫ propter hoc (ꝙ. decor) id est pulcritudo (egressus) id est qui exiuit a te (et fulgor) id est splendor (tui speculi) id est speculatiōis (depressus) id est elisus. ⁊ cōpressus (redit) id est iterum venit (rediuiua luce) id est splendore viuido (quod) scꝫ speculum. s^c existens (alpha) id est p̄ncipium (⁊ o) id est finis omnium rerum (accedit) id est visitat (iam) id est nunc (in fine) id est in termino (seculi) id est mundi huius.

¶ Notandum primo. scribitur in prouerbijs. capitulo vltimo. Considerauit semitas domus sue. et panem ociosa non comedit. In quibus quidem verbis beata Elizabeth dupliciter commendatur. Primo ex eius circumspecta operatione in periculis huius mundi. Secundo ex occupatione anime sue in cogitationibus. ¶ Primum declaratur Quoniam considerauit semitas domus sue ab omnibus periculis anime ⁊ ab insidijs ⁊ laqueis dyaboli se preseruando. quia dicit beatus Gregorius in omelia A malignis spiritibus custodire non sufficit qui thesaurum in via publice portat. iam consumitur vt conseruetur. Ergo beata Elizabeth semitas sue domus considerans thesaurum bone conscientie sue habuit absconditū ⁊ caute ambulauit in hoc seculo ne a malignis spiritibus posset spoliari. Juxta illud dictum apostoli ad Romanos secundo capitulo. Uidete quomodo. caute ambuletꝫ. nō quasi insipientes



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-823/0191
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG